

D.6135 362 Romae E. Q. VISCONTI. Romae in museo Vaticano MAR. Ibi extat (*Gall. lap. mag. II.*). — Ostiensem esse vidit C. L. VISCONTI.

C · GRANIO
C · FIL · QVIR
M A T V R O
D · D · DECVRIONI · ADLEC
5 CVI · ORDO GRATVITVM
DECVRIONATVM · ET STATVAM
OB MVNIFICENTIAM EIVS
DECREVIT
C · GRANIVS · RVFV S
10 L · GRANIVS · CELSV S

Descripti post Henzenum. E. Q. Visconti ms. II f. 24; Marini ms. Vat. 9124 f. 158; C. L. Visconti ann. inst. arch. 1859 p. 242, act. Arcad. n. s. vol. 13 (1859) p. 105.

363 Ostiae rep. intra urbem antiquam non longe a porta Romana. Nunc Romae in repositis musei Lateranensis. *XXXVIII top, left*

C · GRANIO
C · FIL · QVIR
M A T V R O
D E C V R · D E C E
5 DECVRIONI · GR *atis*
A D L E C T C
CORPOR *Curator*
NAV · MARIN · ET · *mentor*
FRVMENT · OSTIENSIV *sic*
10 M · LOLLIVS · M · F
PAVLINVS
AMICO

Descripti Bormann, recognovi ipse. Partem superiorem (vv. 1—8 cum principio v. 9) exhibent C. L. Visconti ms., annal. inst. arch. 1857 p. 311 et 1859 p. 240, act. Arc. nov. ser. vol. 13 (1859) p. 102; P. H. Visconti in actis academiae archaeol. Rom. vol. 15 p. CXIII (propositam sociis academiae d. 15 Apr. 1858), inscr. Ost. III n. 21, IV n. 52, V n. 55, VI n. 224. Partem inferiorem divisam a superiore habet C. L. Visconti ms.

7 quattuor vel quinque litterae perierunt antiquitus erasae; quid fuerit, non constat. — Curatores navium marinarum novimus ex titulo Cn. Sentii Felicis (infra n. 409). — 9 ERV Viscontii ita finientes; reliqua ut alteram inscriptionem dat C. L. Visconti ms., primum versum ita exhibens /MENT · OSTIENSIV.

364 Ostiae rep. a. 1831, inde Romae in suburbano Paccae VISCONTI (act. Arc. vol. 9). Ibi extat.

d · M
c. granio C · F · QVIR · MATVRO
decurioni et ii VIRO · OSTIENSIVM
corp ORIS · MENSORVM · OST
RVM · PATRONO · CORP 5
curatorum n AVIVM · MARINARVM
et nauium o MNALIVM · OSTIENS
dendr OPHORVM OSTIENS
LIVM · OSTIENSIVM
ATINENSIVM 10

Descripti Henzen, recognovi ipse. C. L. Visconti ms., ann. inst. arch. 1857 p. 311 et 1859 p. 240, act. Arcad. n. ser. vol. 9 (Mai. Jun. 1858) p. 68 et vol. 13 (1859) p. 103.

4. 5 OSTIENSIVM Visconti; at ante VM extat R certa licet fracta. — 10 CATINENSIVM Visconti act. Arc. vol. 13, errore.

365 urna. Romae in suburbano Paccae.

D · M
HORATIAE C · F
FORTVNATE
MTVR

Recognovi descriptam a C. L. Viscontio. Campana ms.; C. L. Visconti ann.

inst. arch. 1859 p. 243 et act. Arcad. n. s. 13 (Jan. Febr. 1859) p. 105.
4 Maturus videtur esse Granus Maturus cuius sunt n. 362—364.

366 Ostiae VISCONTI. Extat ibi in museo.

d · M
ELIO · HERMET
seuio AVG · ITEM QQ
A · VERECVNDIA
5 O · BENE · ME
renti O S V I T ·

Descripti. C. L. Visconti ms. descripti mense Oct. 1855.

367 magna basis marmorea. Ostiae rep., inde translata Romam in aedes Quirinales NOTITIA. Extat Romae in museo Vaticano (*Chiaramonti a sinistra*).

P · H O R A T I O
C H R Y S E R O T I
SEVIRO · AVGVSTAL · IDEM
QVINQ · ET · IMMVNI · LARVM · AVG
5 EX · S · C · SEVIRI · AVGVSTALES · STATVAM
E I · PONENDAM · DECREVERVNT · QVOD
IS · ARCAE · EORVM · HS · L · M · N · DEDERIT
urceus EX QVA · SVMMA · HS · X · M · N · OB · HONOREM · CVRAE urceus
SEX · HORATI · CHRYSEROTIANI · ET · RELIQVORVM sic
10 HS · XL · M · N · EXCEPTA · STIPVLATIONE · EX · VSVRIS
sic SEMISSIBVS · ET · M II · S · S · S · QVOD ANNIS · IDIB · MARTIS
NATALI · SVO · INTER · PRAESENTES · HORA · II · VSQVE
sic AD · ASSE · DIVIDIATVR · DEDVCTA · ORNATIONE · STATVE sic
ET · FAMILIAE · AVGVSTAL · HS · C · N · QVOTSI · ITA
15 FACTVM NON ERIT · TVM EA · HS · XL · M · N
DARI REI · P · OST · SVB · EADEM · CONDICIONE
QVA · S · S · EST · OB · CIVIS · DEDICATIONE · DEDIT
DECVRIONIB · XV · ET · AVGVSTALIBVS · XV
ISQVE · HONORE · SIBI · HABITO · SVMPTVM · STA
20 TVAE · ORDINI · AVGVSTALIVM · REMISIT

in latere intuenti dextro:

DEDIC
XV · KAL ianV ar
MAMERTINO · ET · RVFO 17 Dec. 182
COS

P. Horatio Chryseroti, seviro Augustal(i) idem quinquenniali et immuni Larum Aug(usti) ex s(enatus) c(onsulto). — Seviri Augustales statuam ei ponendam decreverunt, quod is arcae eorum (sestertium quinquaginta) m(ilia) n(ummum) dederit, ex qua summa (sestertium decem) m(ilia) n(ummum) ob honorem curae Sex. Horati Chryserotiani, et reliquorum [scr. reliqua] (sestertium quadraginta) m(ilia) n(ummum) excepta stipulatione [inserend. ut] ex usuris semissibus et m.... II¹) s(summae) s(supra) s(criptae) quodannis idib(us) Martis natali suo inter praesentes hora (secunda) usque ad asse(m) dividiatur, deducta ornatone statu(a)e, et familiae Augustal(ium) (sestertios centum) n(ummum)²; quotsi ita factum non erit, tum ea (sestertium quadraginta) m(ilia) n(ummum) dari rei p(ublicae) Ost(iensium) sub eadem condicione qua s(supra) s(criptum) est. — Ob cuius³) dedicatione(m) dedit decurionib(us) (denarios quinos) et Augustalibus (denarios quinos). Isque honore sibi habito sumptum statu(a)e ordini Augustalium remisit.

Descripti Henzen, recognovi ipse. Notitia ms. rerum antiquarum a Petrinio inter annos 1801 et 1804 effossarum p. 180; Iahn specim. epigr. p. 114 descriptam a Kellermanno; Henzen syll. n. 7116.

1) Non intellegitur; nec tamen videtur corruptum. Cf. infra n. 431, 7.
2) Intellege sic: P. Horatius Chryseros arcae Augustalium intulit quinquaginta milia nummum, ex quibus decem milia nomine Sex. Horati Chryserotiani (filii, ut videtur) ob curam ab Augustalibus Chryserotiano decretam (cf. supra n. 346: huic Viviri Aug(ustales) post curam quinquennialitatem optuler.), reliqua quadraginta milia extra ordinem ea condicione ut ex eorum usuris quotannis die natali Chryserotis et statua ipsius ornaretur et familiae Augustalium centum nummi distribuerentur, reliqua autem dividerentur inter ipsos Augustales qui quidem hora secunda in conventu (cf. infra n. 431) adessent.
3) Scilicet statu(a)e Chryseroti ab Augustalibus decretae.